



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

IX. Mandatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

## IX. MANDATVM.

**L**Egibus institutum est, & consuetudine per tempora confirmatum, vt quicumque aduocatum instruere velit, mādato legaliter dato, atq; solenniter confirmato, eum instruere debeat, vt omnes causas quas adgredi vel repellere debet, prosequi & defendere inoffensè valeat. Igitur ego ille sanctæ illius Ecclesiæ vocatus Episcopus, iniungo, mādo, & per has litteras delego tibi illi fidei meo, de rebus sancti illius, sitis in pago illo, in locis nuncupatis sic, cū adiacentiis, vel aspicientibus ad eas, locis aliis, per omne ius inuestigare, inquirere, prosequi, & admallare debeas per mallos, vicos, castella, oppida, & ciuitates, nec nō etiam si necessitas incubuerit, in palatio, ante vicarios, Comites, missos dominicos, Comites palatij,

O iij

siue ante omnes iudices quibus hoc officium delegatum est, vt causationes & lites definire & terminare iustè & rationabiliter debeant, & quicquid legibus cum iustitia, vnde profecutus fueris & definieris, scito apud meratum & acceptum, atq; inconuulsum mansurū. Quod mandatum in te conlatum, vt firmum fixumque permaneat, manu propria subterfirmaui, & qui adfirmare deberent rogauī.

X. *TRACTVRIA PRO ITINERE PERAGENDO.*

**D**Ominis sanctis & Apostolicis sedibus, allocatis, Episcopis, Abatibus, vel Abatissis, & omnibus in Christo patribus: Ducibus, Comitibus, Vigariis, Centenariis, & Decanis, vel omnibus in Christo credentibus, & Deum timentibus, Ego in Dei nomine ille, ac si indi-